



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

172. An Sacerdos existens in peccato mortali si voluntariè non confessus celebret, teneatur quam primum onfiteri? Ex quo infertur, quod Sacerdos, qui sui peccati vincibiliter oblitus celebrat, non ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

doct Aversa de Sacram. Euchar. q.8. secl. 7. quia, si hac esset admittenda, ad nihil obligaret supradicatum præceptum Concilij: nam talis Sacerdos ante aliam celebrationem necessarij jure divinoy tenetur confiteri, propter scientiam peccati mortalitatis: ergo, si hac explicatio esset vera, ad nihil obligaret supradictum præceptum: ergo falsa est explicatio. Tum, quia, si talis Sacerdos, v. g. celebraret, & confiteretur post sex menses, vel annum, secundum hunc Doctorem adimpleret præceptum Concilij: sed hoc videatur absurdum: ergo necessarij dicendum est, quod sub præcepto talis Sacerdos tenetur confiteri, non immediate, nec eodem die, sed non differendo per longum tempus Confessionem. Unde rejiciendus venit Garcias, qui in *Summa Theol. mor. tract. 3.* difficit. s. dub. 1. punct. 7. num. 8. afferit, me hanc sententiam docere: nam in locis, quos ipse adducit, Quia illam non docet: & ref. 54. tr. 14. p. 5. ubi adducto Granadum, non loquitur iste de hoc casu, ut legentibus patet. Idem dicendum est de Pelliziano ubi infra.

2. Itaque alii afferunt, hoc remittendum esse arbitrio boni viri. Ita docet Cardinalis de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 14. secl. 7. qui num. 161. me nominatin impugnat, qui docui, illud verbum, quamprimum, intelligendum esse, intra triduum. Sed ego non recedo a sententia, quam docui, & quam novissime docet doctissimus Theologus Profesor in inclita Lovaniensi Academia, Joannes Uvigers, de Sacram. in 3. p. D. Toome, q. 80. art. 5. dub. 2. ubi sic ait: [ Petet aliquis, intra quod tempus confiteri oporteat, ut quamprimum dicatur confiteri? Respondet, satis probabiliter à nonnullis sic id exponi, ut dicatur quamprimum confiteri, si saltē intra triduum confiteri: ita enim leges, & Iurisperiti sentiant, id fieri quamprimum, aut ex incontinenti, quod intra triduum sit.] Ita ille. Et ab solutè nostram sententiam tenet Reverendissimus Sacri Palatij Apostolice Magister, Vincentius Candidus, tom. 3. disq. 2. art. 22. dnb. 56. sic afferens: [ Mihī placet media, & benigna expositio, & intelligentia Cononich de Sacr. disp. 2. 3. dub. 2. n. 3. Quamprimum, id est, intra triduum. Quia, quod intra triduum sit, dicitur fieri quamprimum, & incontinenter. Ita in lege finali, Cod. de errore Advocatorum, ibi, inco[n]tentis, id est, triduo, & l. final. Cod. de iudicis, ibi, illico, id est, intra triduum. Et confert doctrina Iudicii ibi, & Felini, cap. Veniens, el. 2. de testibus, num. 15. fine. Mandofii de monitoris q. 3. num. 8. ubi docent dici incontinenti probari, quod intra triduum probatur: ergo satis bene explicantur verba S. Concilij Tridentini: quamprimum posse confiteatur Sacerdos, qui, urgente necessitate, habens copiam Confessarij, cum conscientia peccati mortalis celebrari. Quamprimum posse, confiteatur, id est, intra triduum.] Ita Candidus. Et, me citato, nostram sententiam tenet etiam Trullench de Sacrament. lib. 2. cap. 6. dub. 4. num. 26. & Aversa, ubi supra, quibus addit amicissimum Patrem Pellizzacium in *Man. Regul.* tom. 2. tral. 8. cap. 2. secl. 1. num. 116. & Eligium Balaeum in *Floribus Theolog. mor. verb. Communio Sacra*, num. 39.

3. Et hanc sententiam (seclusis aliquibus circumstantiis, de quibus ego, Candidus, & alii non sumus loquiuti, ut si forte Sacerdos prima die haberet commoditatem confiteri, non habiturus sequentibus diebus: quia tunc sane tenebitur non diffire, ne longiori mora retardetur) approbat etiam Garcias in *Summa Theol. mor. tract. 3.* diff. 5. dnb. 2. num. 89. ubi haec afferit. [ Puede suceder, que aya obligacion de confessarse, dentro de un hora, y puede suceder que instara la obligacion dentro de

un dia, ni dos: porque si acabando de decir Missa se ofrecio algun Confessor, y juzgando que no lo tendra el dia siguiente, quando aya de celebrar, ni algunos dias despues, claro esta que estara obligado a confessarse luego, porque aunque aquella dilacion es pequena, quanto al tiempo, es empero grande quanto a la calidad, pues seria causa de que celebrarla otra vez sin confessarse, pero si sabe, que el dia siguiente, y de alli a dos dias le tendra a la mano, cuando aya de celebrar otra vez, muy prouable es, & securum in praxi, que lo puede diferir un dia, y dos, porque aquella dilacion no es tan grande, que no puede verificarse aun con ella, la palabra quamprimum, porque el Concilio habla de la manera que se usa en el derecho, y en el derecho el quamprimum, se estiende a esto, como se ve cap. Eos, qui de sent. excommun. donde se manda, que el, que sc. capo de la muerte, y tiene caso reservado, del qual le absolvio el Confessor ordinario, se presente al Superior, quamprimum possit, y aunque pasen tres, ni quatro dias, nadie juzgará que reincide: lo mismo afirma Thom. Sanch. lib. 2. m. Decal. c. 10. m. 55. del que tiene mandato de los señores Inquisidores, para que呈ente los libros prohibidos al Tribunal, que aunque pasassen dos dias, no por esto traspasse el precepto, ni incurre en las censuras.] Hucusque Garcias.

4. Nota vero, quod Sancius in *Solestitiis*, disp. 3. 2. sup. conten. n. 14. putat, illa verba Concilij, *Quamprimum posse* confiteatur, esse intelligenda, *quamprimum* id est, illi-<sup>sup. conten.</sup> lego Resol. 1. finita Missa, Sacerdotem astriculum esse confiteri. Sed hanc intelligentia videtur nimis stricta, & rigorosa. Nota etiam, quod Granadus in 3. p. conr. 6. m. 10. n. 16. ex Sanch. & aliis viris doctis, docet, non peccare mortaliter eum, qui ad crastinam diem differret Confessionem, eo quod crastina die sit celebratur, & tunc certè habiturus copiam Confessoris. Quare, licet hodie confiteri possit, non peccat letaliter omittendo; quod ego certitudinem puto. Vide etiam circa praesentem questionem Leandrum de Sacrament. tom. 2. rr. 6. disp. 7. q. 53. ubi me defendit ab impugnatione Cardinalis de Lugo, & contra ipsum probat, me recte citat alios Doctores, quod immerito ipse negabat.

### RESOL. CLXXII.

*An Sacerdos existens in peccato mortali, si voluntarie non confessus celebret, teneatur quamprimum confiteri?*

*Ex quo inferitur, quod Sacerdos, qui sui peccati vincibiliter oblitus celebrat, non præmissa confessione, non tenetur præcepto Concilij de confessione quamprimum. Et notatur aliquis eximere ab hoc præcepto Sacerdotem, qui ante Missam legitimè confessus, tamen per oblivionem premisit aliquod peccatum, cu[m] subiuste recordatur ante Missam, non habens amplius copiam Confessarij.*

*Item, si ex iusta causa prætermisit in confessione scienter aliquod peccatum, & si habens etiam peccata reservata non potuit de illis directè absolviri. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 26.*

5.1. **A**ffirmative respondet Michaël Zanardus, <sup>sup hoc in Refol. seq. &</sup> <sup>in Refol. 1.</sup> <sup>post seq. §.</sup> <sup>ult. ante me-</sup> <sup>dium, à verf.</sup> <sup>& ideo Sa-</sup> <sup>cérdos, & c-</sup> <sup>onfiteri subito nata occasione, non peccaret;</sup> <sup>infia in Ref.</sup> <sup>sufficit enim, quod proponat confitit ante omnem</sup> <sup>178. in fine,</sup> <sup>Tridentinum jubet sess. 13. c. 7. quod qui sic com-</sup> <sup>& in Refol.</sup> <sup>municieavit sine Confessione, debet quamprimum §. 2,</sup>

confiteri , idēc si non confiteretur quāprīmū ,  
faceret contra p̄ceptum Concilij , & idēc mortali-  
ter peccaret. Vnde sub p̄cepto tenetur quāprī-  
mū confiteri , id est , non immediate , nec o die ;  
sed non differendo per longum tempus Confessio-  
nem : quod sentio obligare Sacerdotes sic commu-  
nicatos ex obliuione , vel malitia . Ita ille , cui adde-  
Joannem Vviggiers in 3. part. de Sacrament. q̄. 80.  
arr. 5. dub. 2. mm. 14. hic asserentem : [ Nobis non  
probatur sententia multorum , qui docent , si con-  
tingat , sacerdotem , qui habet conscientiam pecca-  
ti mortalis , communicare sine p̄avia Confessione ,  
non quia deest copia Confessoris sed , quia sine no-  
ta infamia non potest confiteri , puta , quia occurrit  
illis peccatum in Misla inchoata , aut simili de cau-  
fanō teneri verbis illis Concilij ad quāprīmū  
confitendum & multò minus istorum , qui idem di-  
cunt de sacerdote , qui sciens , & volens non confite-  
tur , & cum conscientia peccati mortalis celebravit ,  
etiamē commode confiteri poterit ; quāvis enim  
Concilium antea dixerit , perpetuō esse fervandum ,  
(quod , scilicet , præmittatur Confessio ) ; etiam à Sa-  
cerdotibus , quibus ex officio incurverit celebrare ,  
modò non deſit illi copia Confessoris ; tamen quōd  
subjungit p̄ceptum de facienda deinde Confessio-  
ne quāprīmū , non restringit illud ad illos Sacer-  
dotes flos , qui ob inopiam Confessoris celebrave-  
rint fine sacramentali Confessione p̄avia ; sed simi-  
pliciter dicit : Qui , necessitate urge- te , abque p̄avia  
Confessione celebraverint , quāprīmū confitentur  
que proinde verba confitentur merito comprehende-  
re omnes , qui ita , sine Confessione p̄avia , celebra-  
verint , neque ex eo , quod p̄cessit , videtur si sufficien-  
tum argumentum sic refurgendi , prout alij restrin-  
gunt . ] Huc uiginti Vviggiers . Quod potest probari ex  
argumento à minori ad maius : quia si Sacerdos , ce-  
lebrans ex necessitate sine malitia , abque præmissa  
Confessione , tenetur quāprīmū confiteri : ergo à  
fortiori tenetur sacerdos , qui sacrificavit ex malitia  
quia par non est , ut commodum reportaret ex suo de-  
lictō .

2. Sed ego puto, his non obstantibus , negativam  
sententiam tenetam esse : & ita tenet , me citato,  
Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. diff. 7. quaest. 51.  
Stephanus à Sancto Gregorio de Sacram. lib. 3. cap.  
26. n. 12. Sicut in 3. part. tom. 3. diff. 66. sét. 7. Merce-  
ratus de Sacram. quaest. 80. art. 4. dub. 30. Granado in 3.  
part. contr. 6. 17. 10. diff. 7. n. 15. Aravio in 3. part. q.  
80. art. 4. n. 29. Fillicius tom. 1. tract. 4. cap. 8. n. 222.  
C. 223. Nugus de Sacram. tom. 2. q. 80. art. 4. diffic. 4.  
concl. 3. & alij communiter. Probatur quoniam nullū  
est talis præceptum, nisi impositum à Tridentino: sed  
in illo tantum fit mentio de sacerdote celebrante si-  
ne Confessione urgente necessitate: ergo in aliis ca-  
ribus non est talis obligatio, five pro laico, five pro  
sacerdote. Pater consequētia: quoniam præcepta po-  
nalia non sunt extendenda magis, quam solant: ergo.  
3. Ad argumentum contraria lētentiae respondeo,  
quod in lege positiva non valet argumentum à mi-  
norī ad majus: tum, quia non obligat, nisi quatenus  
in ea exprimitur: sed in Concilio Tridentino non  
exprimitur, sacerdotem ex malitia celebrantem sine  
Confessione teneri quamprimum confiteri. Tum  
quia Concilium facile sibi potuit persuadere, sacer-  
dotem, ex malitia celebrantem, non statim expiatu-  
rum sua peccata per Confessionem, cùm temere au-  
sus sit grave sacrilegium ex malitia perpetrare in  
Eucharistie Sacramento suscipiendo: ergo, cùm non  
exprimat sacerdotem ex malitia celebrantem , talis  
vi præcepti Concilii Tridentini non obstringit  
post celebrationem quamprimum confiteri.

4. Ex his infertur à fortiori cum Castro Palao tom.

5. Nota , aliquos eximere ab hoc præcepto sacerdotem , qui ante Missam legitimè confessus, tamen per oblivionem prætermisit aliquod peccatum, cuius libinde recordatur ante Missam, non habes amplius copiam Confessarij. Item, si ex iusta causa in Cofessione prætermisit scienter aliquod peccatum : & si habens etiam peccata reservata, non potuit de illis direcțe absolviri, quamvis illa quoque Confessorio expoverit. In his enim casibus sacerdos non celebrat absque prævia Confessione : siquidem vere illam præmisit. Sed, secundum aliquos dici debet, sacerdotem, qui sic celebravit, adstringi hoc præcepto quæprimum postea confitendi ; quia jure ordinario prærequiritur Confessio omnium mortalium peccatorum: si ergo quis ex obliuione, aut iusta causa prætermisit aliqua in Confessione , vel ob reservationem non potuit directe de aliquibus absolviri, & ex necessitate celebravit eorum confiticius, debet adhuc quæprimum postea ea confiteri , & absolutionem quarere : quia Decretum & intentum Concilij est de omnibus , & singulis peccatis , quorum sacerdos confiticius erat. Vide Lugum diff. 14. sect. 7. & de hoc ego alibi.

RESOL. CLXXIII.

*An Sacerdos, qui ex malitia & culpabiliter celebrat absque confessione, tenetur precepto Concilij Tridentini self. 13. cap. 7. quamprimum confiteri? Et an idem dicendum sit de illo, qui non pramissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante Communione se esse in statu peccati mortalis? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 78.*

¶ . . . N egativè respondet Cardinalis Lugo de  
Sacra Eucharistia, dñp. 14, sct. 7, n. 150, quia  
Concilium aperte loquitur de illo, qui necessitate ur-  
gente, celebrat; & quidem in his praecipitis positivis  
non debemus arguere ab uno ad alium calum; pre-  
fertim cum sit major ratio in praesenti; tum quia  
hoc praeciput ordinatur ad iniicendum mecum  
iis, qui praetextu necessitatis celebrandi differte po-  
lunt diu Confessionem; posito autem hoc novo  
praecerto, diligentius querent Confessarium; illis  
autem, qui ex malitia id faciunt, non erat necessi-  
tate talen metum, cum iam sciant, se obliga-  
ti sub peccato ad premittendam Confessionem  
tum etiam, quia praeciput hoc in ordine ad illos,  
non esset utile, sed occasio certa novi peccati ab-  
que ulla spe fructus. Quomodo enim sperabitus  
confessibus statim post Missam propter hoc nouum  
praeciput Ecclesie, quo, contemptu praecerto  
Divino, celebrat nunc ablique confessione; Ita Lu-  
go. Sed adversus illum novissime insurgit Martinon  
in Theolog. Schol. tom. 5, dñp. 149, sct. 8, num.  
87, putat enim, Sacerdotem sic celebrantem a  
fortiori contineri sub praecerto Concilij, eo quod  
Concilium Tridentinum ait: Si necessitate urgen-  
te, &c. putat non esse dictum, ut excluderet calum  
extra necessitatem: sed ut diserte exprimeret il-  
lum, de quo magis dubitari poterat, & in qua  
necessitas videri poterat excusare. Nec obest quod  
praeciput hoc non adeo prodest malitiosis. Ne-  
que enim propterea non debent usigri praecip-  
tis, & oneribus, ut resipiscant. Hae Martinon  
qui poterat in favorem sua sententia adducere  
etiam Sylgium in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2.